



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Ite[m] ex epistola Lugdunensi magna humilitas martyrum. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA:

**A**ttalus quidam, cuius inter tormenta nobilis vox illa fuit, cum assarentur carnes eius, & nidor adustus caen sis persentiretur. Hoc est, inquit, homines comedere, quod vos facitis. Neque nos homines comedimus, neq; aliud quid mali agimus. Interrogatus quod nō mē habet deus, eleganter respondit: Qui plures sunt, nominibus distinguuntur: qui vnu est, non indiget.

ITEM EX epistola Lugdunensi.

### Caput III.

**T**anta autem beatiorum martyrum humanitas erat & humilitas, vt frequenter martyres facti, post bestias, post ignes & laminas nullatenus pateretur se à martyrio appellari, vel in sermone, vel in epistola fratum. & si quis hæc fecisset, durius increpabant, dicentes, q; hæc appellatio soli Christo debeatur, vel certe his, qui post bonā confessionē discedere de hac vita, & pergere ad deū meruerunt. Nos autem humiles & egeni, aiebant, oportamus vt ipsa saltem in nobis confessio tutam permaneat. Tāta ergo erat in eis humilitas, vt cum rebus ipsis martyres essent, nominis tamen iactantiam fugerent. Inter fratres humiles, inter persecutores elati. Accusabant neminem, soluebant cunctos, litigabant erga nullum, orabant, p; persecutoribus suis, vtentes verbis sancti Stephani martyri, sdicentis: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et per nimilā charitatem quam habebant in Christo Iesu, & his qui lapsi fuerant, totis miserationib; visceribus inhærebant, omnipotenti deo effundentes pro eis flumina lachrymarum. Nec sibi gratum iter dicebant eundi ad dñm, si pars membrorum suorum de ec-

RERVM MEMO. LIB. V.

clēsijs rapta à diabolo diriperetur. Hæc ergo quæ extant orationes autoritate virorum descendunt, dicta sunt propter eos & contra eos, qui tumidi & elati aduersum fratres ferūtur: & si qui forte titubauerint, viscera miserationū Christi putant ab eis penitus excludenda.

DE IRENAE O viro illustri.

Caput IIII.

**I**gitur Photino Lugdunensi episcopo cum cæteris martyribus coronato, Irenæus Polycarpi auditor in pueritia sacerdotio ei<sup>o</sup> succedit. Hic multos scribit libros, & præclara ingenij sui monumenta reliquit, inter multa & innumera sua opuscula quoddam de Lxx. interpretibus elegans miraculum narrat.

DE LXX. Interpretibus.

Caput V.

**P**tolemæus (inquit) Lagi filius, volens bibliothecę suæ, quam apud Alexandriam ex omnium Græcorū voluminibus cōstruebat, maiorem gloriam querere, petit etiam ab Hierosolymis, ut eorū Hebræas scripturas in Græcā linguā interpretatas, accipet. At illi (quippe subiecti erant Macedonibus) electos & in scripturis sanctis in utraq; lingua peritissimos viros Lxx. presbyteros miserunt ad Ptolemaeum. In quo tamen voluntas dei & cōsilium gerebatur. tunc ille singulorum volens accipere docimēta, & verēsne forte per interpretationem occultarēt insertam diuinis voluminibus veritatem, singulos à se inuicē separat, & eadē seorsum positos interpretari iubet, eundem que interpretandi ordinem in singulis voluminibus obseruari. Quosq; in unum cursum coram se reuo-